proportionalit ⁊ geometrice:iõ media dicitur:
sed linea.e c.q̃.s.incentro mundi cũ linea augis
causat rectos angulos est hmõi: vt probatũ ẽ:
quare. ¶ At tamen q: Joannes de monte re/
gio cuius est ratio ante oppositũ facta vir exti/
tit ingenii sublimis ⁊ (ceu eius volumina ma/
nifestãt) astronomie Illustrator eius sniam ex
toto non reor esse spnẽdã: ⁊ igit has opiniones
cõcordare non erit extra rõnẽ: Dico ergo q lõ
gitudo media duabus de cãis poni põt imagi/
nari: pma ad demonstrãdũ locũ ec.inquo ma/
xima solis motus cõtingit diuersitas: veluti nul
la accidit in auge ⁊ eius opposito: ⁊ q: hec ma
xima inuenit in termino linee ppẽdicularis su/
pra linea augis ideo hoc auctor considerans illã
posuit lõgitudinẽ mediã.secũda necessitate sima
ginat ad oñdẽdum locũ inquo cũ sol seu plane
ta fuerit non multũ a terra remouet neqz ma/
xime ei approp inquat:immo modo medio se
habet:⁊ hoc vel ẽ proportionalit accipiẽdũ: ⁊ ẽ
itez longitudo media termin lincee sup linea au
gis ppẽdicularis:siue ẽ intelligẽdum ẽztitatiue
⁊ tunc longitudo media ẽ quã dixit Joannes
.s.pũctus terminãs acẽtro mũdi exeuntẽ lineã
semidiametro ec.equalẽ: Et hec concordia cre
do q gõni satisfaciat:cũ ad placitũ possit dici lõ
gitudo media pp duas cãs sicut aux ⁊ oppositũ et pp duas: dicunt nãqz aux ⁊ augis oppositũ pũcta vbi nulla repit eqũo ⁊ vbi sol seu aliõ astz multũ remouet vel appropriat terre. Eo dẽ modo dicit lõgitudo media vbi ẽ eqũo maxima: ⁊ vbi stella medio moto se bz ad remotionẽ ⁊ appropinquationẽ centro totius. Et sic q/stionis huius pz pfecta determinatio.

Linea medii motus Solis est linea a centro mundi ad zodiacum extenta lineẽ acentro eccentrici ad centrum solare pertracte equidistans Me tamen due linee bis in anno sunt vna vt cum Sol in auge eccẽtrici vel opposito fuerit. Sicut autem vna earum sup centro suo regulariter voluitur ita alia etiam super suo. Nam semper cum differunt vna cum augis linea equales angulos faciunt. Medius motus Solis est arcus zodiaci ab ariete incipiẽs secundum signorum successionẽ vsqz ad lineam medii motus computatus. ¶ Postqz Auctor insuperioribus de motu solis determinationẽ pfecit vlr:inpnti pte de eodem particularit determinat ⁊ practicabilit declarãdo ⁊ rationẽ assignãdo quorũdã terminoꝝ qbꝰ ĩ tabulis pro solis loco vo inueniẽdo vtunt: theoricis nãqz eoꝝ q̃ in tabulis dicunt rões ẽ assignare. Et circa hic.s.facit sicut qnqz declarat: p mo nãqz solis medii motus lineã eiusqz motũ medium: secundo augem ipsius in secunda significatiõe ibi aux solis tertio vero qd fit argu/

mētū sol' ibi argumētū. sol'. 4. qd linea vi motꝰ ⁊ verꝰ inotꝰ sol' ibi L iea vi motꝰ gnto vero ⁊ vlti mo diuersitatē solis manifestat loi equatio sol' ¶ Ro noticia ptis primo ē aduertēdū q̄ q: planete pp:ius motibꝰ ab occidēte ad orientē in zodiaco ferunt in eodē loca in qbus singulis repiuntur tpibus assignare oportet: locꝰ aūt ex sinia plbi quarto phy. dz esse īmobilis: si nāqz locus moueret esset ⁊ locꝰ loci ⁊ ꝓnter locꝰ locati ignotus: planetaꝝ igit locus erit īmobilis: in speris aūt nihil īmobile repit ꝓ motu q est ab occidēte ad orientē nisi spa prima ⁊ in ea descriptꝰ zodiacus sub quo vt sūt ⁊ mouent planete in zodiaco igit loca hnt planete: Sed q: ꝓtinue mouent ita q̄ aliis ⁊ aliis tpibus diuersa zodiaci occupāt loca: tabule cōposite sunt in qbꝰ quoqz tpe vera planete cuiusqz loca demōstrātur: qd̄ fit p tpis q̄titatē assignādo q̄titatē motꝰ: quod fieri non pōt nisi in regularibꝰ motibꝰ: qd̄ nāqz inequalit locū mutat nō in tpe equali motū eqlem pducit ⁊ maiorē in maiori: ac in minori minorē vt manifeste pz 6 phy. at q: planete ineqliter mouētur ceu de sole pbatū ꝓstat. ⁊ in aliis in sequentibꝰ patebit: motū regularē imaginari oportet: q auctо tpe augeatur: ⁊ quo mediante verus locꝰ planete ineqlis repiatur: oē nāqz inēqle ad eqle ⁊ regulare tanq̄ ad rectū obliquū reducitur ⁊ p illud repit: ⁊ motus hmōi regularis medꝰ nōiatur motus q: eo mediāte verꝰ repitur: est nāqz medīū ad repiēdū veꝝ: L inea vero imaginata tali motu moueri linea medii motꝰ dicitur hoc ē linea q̄ medio ⁊ regulari motu moueri imaginatur: vñ manifestū ē q̄ de rōne formali hui linee est q̄ eqliter feratur icētro terre vñ exit ⁊ exꝰñti in zodiaco. ¶ Que autem sit linea ista ꝓnter demōstrare. oportet vñ dico tria. ꝑmū linea a cētro mūdi exiēs pcentꝝ sol' nō est linea medii motꝰ q: nō mouetur eqliter incētro ꝓpato neqz in circulo signoꝝ: vt. ē. cētro a. ec. b c d. ⁊ in cētro c. zodiacus f g h describat ⁊ diamet vtriusqz circuli linea f b d h. sol igitur exris in pūcto. b. ec. ⁊. f. zodiaci moueatur: moueatur in. c. ⁊ i cētro ec. angulū b a c. maiorē angulo f e g incētro mūdi cāto cābit in eodē tpe p 16 ꝑmi ductis. s. lineis a c. e g. quare icētro mūdi tardius q̄ incentro ec. mouebitur ⁊ in zodiaco q̄ in ec. hinc vero feratur ad. d. ⁊. h. in zodiaco incentro mundi angulum causabit g e h. ad angulo c a d. incentro ec. tanto maiorē p eādem



ptimi 16. quare nunc velocius in centro mūdi q̄ in centro ec. mouebitur cū prius tardiꝰ motus fuerit: sed in centro ec. equaliter mouetur linea. a c. quare linea e g. incentro mundi inregulariter: non igitur linea e g. acentro mundi eriens p centꝝ solis transiens est linea medii motus. Etiam supra probatum est solem supra cētro terre inequaliter mouerī quare linea p centrum eius transiens in eodē centro non mouet equaliter. ¶ Secundo dico L linea eriēs acētro ec. per centꝝ solis ad zodiacū non est linea medii motus solis. exto nanqz super. a. centro ecc. b c d e. zodiacus vero b f g h. supra centro i. ⁊ vtriusqz circuli diameter b d g. super quam linea c a e p centꝝ ec. ppendiculariter cadat: que ec. in duas medietates p circuli diffinitionē pcietur: zodiacū vero in duas ptes inequales q: nō transit p centꝝ zodiaci primo elementoꝝ linea nanqz l: i l. zodiacum diuidet in partes eqles: quare in tpe equali sol faciet. e b c. ec. medietatē cū b. b f. pte zodiaci: inq̄to. c d c. reliquā ec. medietatem cū f g h. pte altera zodiaci: ps aūt b b f minor est pte f g h. vt dictū est duas igit ineqles ptes zodiaci linea eriens acentro ec. p centꝝ solis in tpibus equalibus ptrāsiet: inequalit igit mouetur: non igitur linea exititi medii motus. ¶ Tertio dico linea eriens a cētro totius ad circulum signoꝝ paralella linee exeunti acētro ec. ad solē linea est solis medii motus ex quo incētro dicto ⁊ zodiaco equaliter fertur ec nanqz in

sentro a.b c d.⁊ zodiacus e f g in centro.h.figu
retur:quoꝯ diameter e b c g.sole itaqꝫ existen
te in pũ.sui ec.c.a c linea ⁊ ei equidistans.h f.tra
batur:qbus sectis a linea c g.erit angulus b a c
equalis angulo.e h f.ꝯ secundã ꝓtem 29.primi
⁊ ꝯ eandem angulus f h g.equus angulo c a d



sed linea.a c.in ec.⁊ centro eius equaliter mo
netur:quare linea h f.in centro mundi similiter
⁊ in zodiaco:erit igitur linea.h f.equidistans li/
nee a c.linea medii motus. Dicte igit̃ due linee
.f.linea exiens acẽtro ec ꝯ centꝯ solis ⁊ ei equi
distãs in ediu motus bis in anno.f.sole existente
in auge ⁊ in opposito eius:in anno nãqꝫ cõple
to semel est in auge ⁊ in opposito itez semel fit
linea vna. Disposito nanqꝫ vt prius supra cen/
tro.a.eccen.b c.⁊ zodiaco d e.cujus centruꝫ.f.
auge.b.in qua sole exñte ex ducta linea.a.b.di/
co lineã medii motus esse.f a b c.q̃ vnitur cũ li
nea.a b. Quod si non erit linea medii motus.f
e.⁊ tunc linea b a versus a.in directum produ/
cta notum est ꝙ transibit ꝯ centꝯ.f.per diffini/
tionem linee augis posite supius:linea ergo f e.
medii motꝰ ⁊ a b.et palel a ꝯ diffinitionez linee
medii motꝰ ꝓcurrẽt i pũcto.f.qõ ẽ ꝓtra diffiniti
onẽ lineaꝯ egdistãtiũ posita i pꝰ elemẽtoꝯ: non

igit̃ linea medii motꝰ scyabit̃ a linea.a b.sole in
b.auge constituto: Eodem modo opposito au/
gis ente.c.in quo sit sol ducta linea a c.cum ea f
g linea medii motus vnietur: Quod si non:
erit igitur.f h.que concurret cum.a c.in pũcto
.f.quare equidistantes se secabunt quod est idẽ
quod prius:bene igitur dictum est duas prefa/
tas lineas bis in anno.f.in auge ⁊ opposito ad/
inuicem vniri nec differri. ¶ Patet igitur hu/
ius linee perfecta explicatio. Cuius motus dici/
tur Medius motus solis quia eo mediante vt
infra patefaciam verus reperitur motus solis
vnde medius motus solis ẽ motus dicte linee
a principio incohatus arietis secundum ordinẽ
signorum ⁊ motus huius linee ad vsqꝫ termi/
nũ eius hmõi nãqꝫ motꝰ fm argumẽtũ tpis au
get̃ ⁊ regularit̃ crescit:ex quo liea eũ cãs eq̃lr

mouet in zodiaco. ¶ Ad perfectam huius partis dilucidationem est aduertendum quando dicit Ad eius motus solis est arcus non facit p̄dicationem ydempticam: arcus.n. est spacium in quo fit motus ⁊ quedam permanens. motus autem successiuum est: Sed debet intelligi motum esse arcum hoc est motum super arcū tanq̄ super spacium causatum astrologi nanq̄z in hoc non faciunt differentiam quia equalitatē ⁊ q̄ztitatem considerant motus: ⁊ motus spatio sup:a quo fit fit equalis: nihil obstat seu spatium pro motu seu motum ipsum accipiant: idem: nanq̄z semper sequitur: Quod autem pro motu spacium accipiant non immanifestum est: p ciuntur nanq̄z circulum in gradus 360. de q̄ bus dicūt tot partes planetam causare notum est autem planetam non gradus circuli sed motus causare: cuius motus cum gradus equiparentur gradibus oribus vnum pro alio fine error accipiunt. ¶ Secundo est considerandum q̄ licet zodiacus veluti ⁊ omnis circulus actu principio caret atq̄z fine ea tamen habeat in potentia ex sententia Ar.8.phy. astrologi tamen ab alicuius signi initio incohant motum: ⁊ hoc non modo conueniens fuit immo necessarium pro vera loca planetarū in tabulis calculando. quom enim per tempus regularis motus inueniatur: tempus autem limitatum ⁊ finctum debet esse ⁊ principium habere quod in tabulis era nominatur: ⁊ motum principium a quo incohetur calculus habere necessarium est: ere pli causa; motu regulari si singulis diebus planeta vnum gradū causat in decem diebus gradus io causare notum est in hoc oportet habere principiū motus a quo gra. illi. io. debēt nūerari. ⁊ p ꝓis vbi terminantur: Si locus verꝰ planete debeat hēri: vt si fit principiū arietis ab eo numerando io g. planetā in io. eius gradus existere concludo: Inicium autem hec astrologi capiunt ab ariete probabilius rationibus cū signorū primum concludentibus: zodiacus nanq̄z ab equinoctali secat in principio arietis quare dignius videtur asectione illa inicium facere: Sed cum equator et in libra initio secet zodiacum quapp ab ea non minus esset incohandū ió Ptolo. primo quadripdii cap. io. inquit. arietem nobiliorē esse libra cum sole in eo existe vestigium generationis in his inferioribus corruptionis vero in libra morante eodem m. nisi ste videamus. Quod etiam adiuuat q̄ sol i mūdi creationem secundum astrologos (annuunt nanq̄z hii creationem mundi) in principio arietis situs est: quadam cā eodem ad hunc locum reuertente mundi sit anni euolutio: quom igitē solem inter omnes planetas dignioremdicant astronomi: merito locum eius in principio mūdi principium zodiaci concludendum est: plurib̄ q̄modo rationibus dignitatē arietis posse probare: quas albumazar in suo introductorio differentia fa cap. 5. ponit: Sed q: omnes sua siue ⁊ non necessario concludunt cum ad placitum a principio arietis incohetur: possent nāq̄z astrologi ab alterius incipere initio signi ideo eas silebo. ¶ Deinde cū dicit.

Aux solis in secunda significatione est arcus zodiaci ab ariete scōm successionem signorū vsq̄z ad augis lineam.

¶ Declarat fm terminum q est aux in secunda significatione. vnde est aduertēdum q̄ aux sumit in duplici significatione: in prima ⁊ verori significatione idē est longitudo longio: seu pūctus eccen. a terra maxime remotus: hec nāq̄z est prima ⁊ vera significatio huius nominis augis vt sup:a patuit: sumitur ꝯo modo vel in secunda significatione pro motu huius puncti a principio arietis vel pro arcu a principio arietis incohato ad hunc vsq̄z punctum fm successionem signorū q aux nominatur a puncto augis in potentia significatione eius fine: incipit autez a principio arietis pp cām declarata inde medio motu. Necessitas aūt hūdi augē in fa significatione ē q: verus motus solis p̄ medīū repitur addēdo vel demendo inter eos diuersitatis arcum: quare prius oportet habere diuersitatem seu differētiā inter ver medīūq̄z motū: q̄ inuenit p distantiā linee medii motꝰ ab auge i p̄ma significatione quom in auge nulla sit neq̄z i eiꝰ opposito in alis vo locis crescit ⁊ decrescit p diuersū sitū dicte linee ab his duobꝰ pūctis: distātia linee medii motus a pūcto augis repit p̄ subtractionē augis i fa significatione a medio motꝰ solis: oz igit p̄us nō ignorare e augē in significatione fa. Deinde cū dicit.

Argumentū Solis ē arcus zodiaci iter augis lineā ⁊ lineam medii motus Solis scōm signorū successionē. Hic sp ē similis arcui eccētrici iter augē ec.

7 centrum solis secundum successionē cadenti. Ex illo patet ratio q̃ subtracta auge Solis in secunda significatione a solis motu medio aut ab eo cū toto circulo: argumentū Solis remāeat

¶ Declarat tertiū. ſ. argumētū solis. ¶ Pro quo est notandum q̃ argumentum cuiuscunqz planete ē arcꝰ quo mediāte aliꝰ arcꝰ (q differētia veri motꝰ ab alio seu medio seu nō dicit) in methaphisice repit: argumētū nāqz est rō rei dubie fidē faciēs vñ eo mediāte ꝯclusio ignota cōcludit: 7 q: arcu q dicit argumētū demōstratiue vt pz a ¶ Pto. eqūo inuenit 7 ꝯcludit: vt i sole eqūo variat p diuersū situ 7 distātiā linee medii motꝰ ab auge 7 p eā iuenit: erit igit argumētū sol' distātia 7 arcꝰ ab auge ad lineā vsqz medii motꝰ itercept' fm ordinē signoꝝ: Qualit aūt eqūo 7 diuersitas repiat p argumētū subdit q̃ qñ argumētū nihil ē denotās lineā medii motꝰ sol' esse i auge: vel qñ ē ser signoꝝ cōiuz. ſ. quoꝝ quodlz ptinet zo. g. i lōgitudie: denotās cādē lineā i opposito augis moraī eqūo nulla ē q: dictū ē i hīs duobus locis nullā ēē diuersitatem iter lineā medii vsqz motꝰ sol: tūc. n. vniunt: qñ vo argumētū ē aliqd plus tñ vel mīnꝰ g. signis eqūo ē aliq̃ q̃ variat p argumēti variationē vt p tabl'as argumētoꝝ eqūonē dēpndit 7 i Almanach declarat: Ecce mō qualit p argumētuz eqūo repit. Et q: sol' medi motꝰ itegratꝰ ex auge in ſa significatiōe 7 argumēto vt i figura pñti in q̃ ēt: mūdi. a pīcipiū arietis. b. pūctꝰ angli c. līea medii motꝰ. a d. erit medi motꝰ b. c d. ex auge i ſa significatiōe b c. 7 argumēto c d. tāqz ex ptibꝰ totalibus ꝯstituit: si ex eo vna ps b c de mat: remanebit reliq̃. c d. ex medio igit motu auge dicta dēpta argumētū remāet: qñ vo aut sol' i ſa significatiōe ex medio motu dēi nō pōt pz b q̃ sicut sepe ꝯtigit Medi motꝰ minꝰ ē dicta auge. mō ex mīori maꝰ subtrahi nō pōt tūc cū motu medio addi debēt ꝯpleta circulatio b ē ser signa. v. g. i nūeris medius motꝰ ē duoꝝ signorum a quo aut trium signorum demi non potest: ideo addatur circulatio scilicet. 12. signa 7 erūt. 14. ex qbꝰ dēptis tribꝰ signis remāet argumētū 11. signoꝝ Sodē medi o motu sol' arcu b c existe: ex eo aut. b e c. dēi nō pōt: q̃re addito totꝰ circulo b c d b. 7 auge b e c dēpta argumētū

c d b e relinq̃t 7 b itēdꝰ bat cū dixit aut ex eo cū

circulo. Qd argumētū simil' ē. i. ꝓportional' arcui ec. int' augē ec. 7 solē itercepto b ē i tāta ꝓportiōe se hz argumētū ad totū zodiacū i quo nūerat i q̃ arcꝰ ec. int' augē 7 solē ad totū ec. vt i zodiaco b c d linea angis c f ducat 7 ꝑ cētro. g. ec. b i. designet' exīte nāqz argumēto sol' arcu zodiaci c d. erit sol i pūcto. b. līea g b eqdistāte lincē a d. medii motꝰ erūt nāqz p ſaz ptē 29 p. angli c a d 7 i g b cōles. q̃re arcꝰ d c. argumēti sol' 7 i b distātie sol' ab auge ec. ꝓportiōales p 25 3 qd erat ꝓpositū. ¶ Deinde cū dicat.

Linea veri motus Solis est linea a centro mundi per centrum corporis solaris ad zodiacum extenta. Quam Sole in auge vel opposito existēte cādem cum linea medii motus esse contingit. Verus motus Solis est a pīcipio arietis vsqz ad veri motus lineam: Tantum autem existente Sole in auge vel opposito medius motus 7 verus idez sūt alibi nanqz sp differūt

¶ Diffinit tertiū pīcipale. ſ. vez motū solis: q: causatur a linea p centꝝ eius trāsēte a cētro mūdi ad zodiacū vsqz: ō pꝰ declarat lineā t. d. lineā veri motꝰ sol' vel vi loci eius cē lineā que erit a cētro mundi per centrum solis tran'

siens vsqz ad zodiacū. punctus nanqz zodiaci terminās istā lineā ē verus solis loc⁹ iō dicit li nea veri loci solis ⁊ q: mot⁹ ei⁹ est motus solis noiata ē linea veri mot⁹ solis. Sed sup:a pbatū est sole i auge vel in opposito augis existēte line am medii mot⁹ ei⁹ ibidē existere ⁊ p centr⁹ solis trāsire: ⁊ linea mot⁹ veri ēt trāsit p cētrum sol cum ereant ex vno puncto. s. ex centro mundi ambe vniunt ⁊ fiūt linea vna: ⁊ exp̄sequēti vnū hāt terminū in zodiaco: qui vīs medius qz sol motus tunc dicet. ¶ Motus vo verus sol est arcus. i. motus linee fact⁹ in arcu ab initio arie tis ad dictā vsqz lineā fm ordinē signo⁹ cōpu tatus: Talis nāqz mot⁹ a p:edicta linea causat ab eo tunc quo fuit in p̄ncipio arietes vsqz quo fuerit ad locū vbi nunc ē: Et q: dictum ē sole in auge exīte ecce. seu in opposito linea medii mo tus veri vnitant: sequē medii motū ⁊ vez tunc non differri realiē sed rōe tm̄: non realiē q: idē ē arcus vtriusqz: cū p:ncipium arietis aquo in cohant fit idē: aux quoqz vel augis oppositū in quo definūt idē: quare ⁊ idē arcus vtriusqz: ra tione tm̄ distinguntē arcus nāqz seu mot⁹ a p̄n arietis. vsqz ad augē vel oppositū cātus aliena medii motus vocat medius mot⁹: Inq̄tū vo a linea veri mot⁹ p:ducit vīs motus ē appel latus: Aliis vero in locis sole exīte differunt q: linee in qbus arcus vel agbus mot⁹ causantur sunt diuerse ⁊ distantes vn̄ qn̄qz maio: ē medi ius motus q̄ verus q: linea medii motus p:o cedit ⁊ a p:ncipio arietis magis distat q̄ vera aliqn̄ vo econuerso pp oppositam cām vt post manifestabo. ¶ Aduertendum sicuti p:o parte declaratū ē q̄ licet videat p eodē verus loc⁹ ⁊ verus motus planete accipi. non tamen idem sunt: quom verus motus sit arcus seu vi⁹ mo tus cāt⁹ s̄ arcū ab initio arietis vsqz ad lineā ve ri motus fm motū illius linee cōputat⁹ vt di ctū est: Locus vero verus ē punctus ⁊ termi nus hutus arc⁹: ad quē definit linea acētro terre exiēs p centr⁹ planete transiēs est nāqz loc⁹ non materialiē sūptus q est superficies vltima co:po ris ambictis: q: talē nunq̄ planete mutāt: semp nāqz infixi sunt in quadā orbis p̄cauitate aq̄ nū q̄ recedūt: talis nāqz locus planetar. s. materia liter sūptus nō q̄rit ab astrologis cū semp ina riabiliter sit idem: sed q̄runt locū formaliter ac ceptum q est respectus qdam ⁊ distantia cor po:is locati ab aliquo imobili: ⁊ isto modo ter minus linee veri motus dicitur locus formaliē quia habet respectum ⁊ distantiam ab imboli initio arietis.

¶ Deinde cū dicit.

Aequatio Solis est arcus zodiaci inter lineas medii motus ⁊ veri cadēs Hanc nullam esse accidit cum sol ī au ge vel opposito fuerit. Maior vero que potest esse Soie in lōgitudinibus mediis constituto contingit. In alis autē locis secundum argumenti varia tionē crescit ⁊ decrescit. Quanto nāq̄ vicinior Sol augi fuerit vel oppofito augis tanto minor est. quanto vero vi cinior est longitudinibus mediis tan to maior. Dum argumentum minus sex signis cōmunibus fuerit linea me dii motus lineam veri p:ecedit: quare tunc equatio subtrabitur. Sed dū ma ius sex signis est fit econuerso: quare tunc equatio medio motui coniugitur vt verus motus Solis exeat.

¶ Deffinit vltimū terminū eqūonē videlicet so lis dicēs eā esse arcū interceptū inē lineas medii veriqz motus solis hito nāqz motu medio seu regulari solis p tp̄s: ⁊ p argumētum inuētam eqūonē ei addam⁹ vel minuam⁹ fm q̄ opo:tet ⁊ inferius dicet verus solis motus resultabit: q̄ dere equatio dicta ē: q: ea mediante ⁊ imedia te equat ⁊ repitur verus motus solis. Ptol. aūt in almag. diuersitatē seu differentiā noiat q: ea linee veri mediiqz motus diuersificant quā do differūt: Eqūo qdē hec seu diuersitas p ar gumētum repitur: nā qn̄ argumētum nihil est denotans lineā medii motus solis esse in auge vna cum vera: vel ē g. signo⁹ denotans eadez esse inopposito augis vbi itez nō differūt eqūo milla est: quom. n. hec dicte linee non differant non erit eqūo: Maxima autem ē in longitudi nibus mediis vt demonstratū est: quadere qn̄ argumētum demonstrat solis esse ibi dabitur

diuersitas maxima que.z.g. est ⁊.lo.mi. In lo/
cis aũt aliis crescit ⁊ decrescit equatio fm q̃ ar
gumentum variatur: vnde qñ argumentuz de
mõstrat solem propinquiorem augi vel oppo/
sito equatio minor: quãdo vero longitudini me
die ostendit propinquum equatio maior repe/
rietur: Quoꝝ vtrũq̃z vt pateat s̃ cẽtro.a.ec. b
c d. designetur: ⁊ ducta diametro.b d.e centꝝ
mundi ⁊.c.longitudo media perpendiculari e
c.super lineam augis producta: capiatur: Su/
mantur q̃ modo duo ec. puncta.f.augi propin
quius.⁊.g.longitudini medie: dico solem in.g.
existentem equationem habere maiorem du/
ctis nanq̃z linea fe indirectum vsq̃z quo in pũ
cto.h.cõcurra circumferẽtie: ⁊ a f.a h.a g.e g.e
h.g h.quom lĩea e g p.7.3.longior: sit linea e h
erit p.19.p̃.angulus e h g.angulo e g h.ampli/
or: quibus demptis ex totalibus angulis.g.⁊.
h.equis p. ; .primi.lateribus a g.a h.exñtibus

equalibus restabit angulus a h e: minor angu/
lo a g e.p comune sciam: sed q: anguli f.⁊ a h e
equales sũt p eande.5.primi cũ linee a f.⁊ a h.
sint eque erit angulus g. angulo f amplior.q̃re
eqũo maior vt ex supius dictis seqt: sed q: sole
magis distante ab auge ec.linea medii motus
eius magis distat ab auge in zodiaco hee nãq̃z
distãtie vt s̃ demõstratũ est sunt equales: quare
linea medii magis ab auge distãte eqũo maior
⁊ magis a lõgitudine media eqũo minor: quod
erat intentũ: Et sic habũẽ est qualr p argumẽ/
tũ inuenial eqũo ⁊ eo variato variet ⁊ illa: q̃/
liter aũt argumento assignato eqũo q̃ta fit de/
mõstrare: ⁊ singlis argumẽtis p singulos gra
dus augmẽtatis eqũoes ordinare correspõdẽ
tes in hac parte non Intendo: quia primum
nimis difficile ⁊ in pncipio memini facilior a ⁊
vtilior incohantib⁹ declarare: fm vero pticu/
lare nimis tabulis ptinẽti⁹ nõ pñti opi inquo de
motibus ⁊ motuũ canonibus vniuersalib⁹ agi
tur: licet vtrunq̃z faciat Ptolo. in tertia Almag.
dictiõe. ¶ Duas tñ vniuersales regulas eqũo
num anteq̃z huic theorice fundẽ iponã nõ retice/
bo: Quaꝝ prima ẽ sole exñte in locis zodiaci op
positis eqũones cõtingunt eq̃les e c.nãq̃z a b si
gnato cuiuscentꝝ c.⁊.d.centꝝ mũdi. Ducta li
nea a d b.notũ est duo pũcta ec.a.⁊.b.in zodia
co opponi sicdẽ linea a d b.trãsit p centꝝ mun
di: in qbus duobus locis sole exñte dico eq̃tio/
nes equales.primo ductis nãq̃z ex centro ecc.

lineis.c a.⁊ c b.equalib⁹ erũt p.5.primi angulí
.a.⁊.b.equales sed q: sepius dictũ ẽ quãtitatẽ
hoꝝ ⁊ similiũ angulorꝝ eqũouũ notificare eq̃ti/
tatẽ: erũt igit eqũones i locis hiis sole constitu/
to q in zodiaco opponunt eq̃les. ¶ Secda regu
la Linea medii motus solis eq̃liter ab auge, seu
ab eius opposito remota ad partes oppositas
eqũoes cõtingunt equales. vt zodiacus a b c d
cuius e.centꝝ ⁊ a e c. diamet a.auge solis ⁊.c.
opposito exñte describat: capiant duo arcus a
b.fm ordinũ signoꝝ ⁊.a d.ptra eq̃les: ⁊ lineis.
e b.e d.mediorꝝ motuũ productis erũt eqũoes

equales depinto nãqz ec.solis f g h.s̃ cẽtro.i.a quo paralelle p:ro:b'i g i h.incẽtra sol ductis:⁊

ẽ g.e h.erunt anguli a e b.a e d.infra eq̃les are⁹ a b.a d. formati p 26.3.eq quare.29.p̃mi angu li f i g.f i h.eq parẽtis:⁊ anguli q̃ modo e i g.e f h.p iz.p̃mi:sed duo latera.i e i g.equũ angulũ ꝓtinẽtia duob⁹ lateribus.i e.i h.reliquũ eq̃lem ꝓtinẽtibus equalia p diffinitionẽ circuli primo euclidis.q̃re p.4.primi eiusdẽ angulus.g. an/ gulo equalebit.h.⁊ p.29. eiusdẽ b e g.⁊ d e h. adinnicẽ equales:igit̃ arcus eqũonũ illis subtẽ si:qd̃ erat ꝓpositũ:Et q: tantus est arcus a b quo linea medii motus ab auge remouet̃ ẽ̃tũ arcus.f g.distãtia solis ab eadẽ: ꝓportionaliter vt dictũ est:erunt arcus f g.f h.equales: quare seu ad diuersas ꝑtes linea medii motus solis seu sol remoueant̃ ab auge vel opposito eqũo/ nes cõtingũt eq̃les:Et hac de cã in tabul'eqũo nũ solis in lineis numerox denotãtiũ argumẽ/ ta solis duplex ordo ponit̃ nũerox in eadẽ linea cui vtriqz eqũo correspõdet eadẽ vel equalis: p̃mus nãqz ordo p̃mã fm ordinẽ signox deno tat distãtiã.vt.v.g.gradus vn⁹q ẽ a b.scd̃s vo scd̃ am distãtiã ꝓtra ordinẽ signox.5.f.sign ordũ ⁊.59.g.cui ad ꝓpletã circulationẽ deest vnus grad⁹q est.a d.in fa vo linea ponit̃.⁊. p p̃ma distantia fm ordinẽ signox ⁊.5.58.p fa gb⁹ad ꝓfectã circulationẽ duo g.desunt:⁊ ita sicut p̃ma crescit fm ordinẽ signox ita fa decrescit:crescit tũ contra ordinẽ signox. ¶ Habita igit̃ eqũone

p argumẽtũ ad hoc vt sciat̃ qd inde agẽdũ erit ⁊ er motu medio qualiter ver⁹emergat adiun git canonẽ:Quom.n.argumẽtũ non tantũ det eqũonem ĩmo demonstret qd ea et qualr opã dum fit: videas an argumẽtum quo mediante eqũonẽ accepisti sit minus g.signis an plus:Si minus ⁊ in prãti figura inqua argumẽtum.a b minus est signis tunc linea medii motus ve/ ri fm ordinẽ signox p̃cedit lineaz vt c b.p̃cedit lineã.c d.⁊ medi⁹ e d b.maio: est vo e d.qua/ dere hito medio motu e d b.equo eqũo.d b. demi debet:⁊ verus motus e d remanens erit At vero solis argumẽto plus g.signis existen/ te est econuerso.s.q̃ linea medii motus p̃cedit

linea vi vt argumẽto a f g.linea c g medii linea veri c h.p̃cedit.⁊ medi⁹ motus e a g.minor ẽ vero e a g h.q̃re medio hito si eqũo.g h.adda tur verus e f g h. Inde resultabit. ¶ Sed aliq rationabilit̃ videnẽ q̃rere qd agẽdũ erit de eq̃ tione si argumẽtũ quo iuẽta fit nihil erit vel g. signox p̃cise:cũ igit̃ auctor non meminerit hec duo tradere canonẽ incõpletũ visus ẽ: hec que stio puerel'ẽ ⁊ pax respicietis ea q̃ dicta ⁊ p̃da/ ta sũt patuit nãqz s̃ sole vel linea ci⁹mot⁹exite i auge seu opposito eqũonẽ esse nullam cum li/ nea veri motus mediiqz non differant. Linea autem regularis motus solis existente in auge argumentum nihil est.eadem per oppositum augis mota argumentum est.g.signorum:ar/ gumento igitur nullo seu g.signox exite nulla

eqũo contingit: Si eqũo non est quid erit de ea
sacieduz qõ nãqz nõ est neqz addi neqz minui
põt: igitur de nullo argumẽto seu de argumento
.g. signoꝝ q: non dat eqũonẽ neqz addẽdaz di
xit neqz minuẽdam: vnde canon oẽm argumẽ
ti variationẽ complectit: id nãqz vel nihil: vel
g. signoꝝ: aut minus. seu plus cõtinet: Si nihil
est aut g. signoꝝ eqũo nulla est: quare medio hi
to motu ⁊ verus non ignorabilit: Si vero ar/
gumẽtum minus demẽdã sinero plus dixit ad
dẽdaz. ¶ Et nota quod dixit in ter. minus vel
plus g. signis coĩbus. signũ capit dupliciter co
muniter ⁊ physice. Cõe signũ est pars zodiaci
cuius longitudo. 30. ⁊. 12. latitudo amplectit igit
⁊ tali mõ accipiẽdo signũ signifer totus. 12. bz
signa ⁊ medietas g. iõ dixit g. signis comunib⁹
Signũ vero phisicũ est g. ps zodiaci cuius lon
gitudo. 60. g. bz ⁊ duo signa cõia cõtinet ⁊ me
dietas zodiaci bz. 3. signa ⁊ isto mõ non capitur
hic signũ immo in tabulis de motib⁹ planetaꝝ
Quare aũt hec fa signi acceptio ab astronomie
inuẽta: sit non in isto loco sed poti⁹ in canonib⁹
tabulaꝝ Alphonsi declarari bz: ⁊ quare signũ
physicũ ⁊ cõe dicant: Iste igit pfecta declara
tio. 5. terminoꝝ qbus indigemus pro vo ino/
tu solis inueniẽdo. modo vo pro compleméto
theorice huius qualit p eos opetur de omnib⁹
exẽplificãdo declarabo: Disposito nãqz circu/
lo signoꝝ a b c d. incẽtro. c. ⁊ sup: a. f. eccẽ. g. sit
qz sol in pũcto. g. ducta linea acẽtro ecc. ad solẽ
f g. ⁊ acẽtro mundi ad zodiacũ ei paralella e d.
q medii motus dicit linea: ⁊ a principio arietis
a. arcus a b c. medi⁹ solis motus: Po ducta ab
eodẽ cẽtro ad zodiacum p centꝝ solis linea e g
c. medii eius motus erit linea: Et arcus a b c a
principio arietis verus eiusdem motus. Et q:
punctus augis est. b. arcus a b. in secunda signi
ficatione dicetur aux a b. auge vero ad lineam
medii motus arcus b d. argumentum solis ⁊
arcus inter duas lineas veri ⁊ medii. c d. eqũo
seu solis diuersitas nuncupabuntur: Inuenit
autem verus solis motus reperiendo primo p
quantitatem temporis motum eius regularez
seu medium a b d. aquo auge a b. dempta ar/
gumentũ b c d. habebitur: quo mediante eqũo
c d. accipitur: que q: argumentum est g. signis
minus si per canonem a medio motu a c d. de
matur: verus solis motus a c. ⁊ verus eius lo/

cus in zodiaco. c. restabit. Alia multa ⁊ demon
strationes hic afferre potuissem vt. s. qualiter
distantia centri ec. a centro mundi inuestigetur
⁊ quanta sit que eccentricitas dicta est: secundo
quo tramite locus augis in zodiaco venandus
sit: ⁊ qualiter per assignatum argumentuz quã
ta sit ei correspondens eqũo accipiatur: ⁊ si sol
appentie mõ alio quã ec. s. an p epiciclũ salnari
possit ⁊ alia multa: q̃ q: auctor nõ meminitego
reliqui: tanto magis q: Ipto. pulcherrime hec
omnia enarrat in tertio Almag. secundo q: dif
ficilia sunt ⁊ incohantibus ardua. tertio q: sup
hanc theoricam nimium diuisse visus sum: ne
tediosus fiam ad Ihesu christi: qui meum futu
rum facilitet: laudem ⁊ honorem solis theorice
finem impono.

DE LUNA

Luna bz orbes quattuor ⁊
vnã spherulaz. Primo. n.
bz tres orbes sicut sol in fi
guratione dispositos. s. du
os eccẽtricos scõz qd q vocant orbes
augẽ eccẽtrici lune deferẽtes: ⁊ tertiue
eccẽtricũ simpliciter ĩ horũ medio lo/
catũ q deferẽs epiciclũ appellat. Dz
inde bz orbẽ mũdo concẽtricũ aggre/
gatũ ex tribus aliis ambiẽtẽ: q deferẽs

caput draconis dr̃. Ultimo bz sphe/rulaz q̃ vocat epicyclus, pfundati or/bis tertii immersiam in quo quidē epicyclo corpus lunare figitur.

¶ Theorica lune.

¶ Expedita Theoricali de sole scia inpñti pte auctor de luna aggredir̃ ꝓsiderationē. Cul⁹ or/dinis rō duplex ē: ⁊ Pria q: quom facilior a or/dine doctrie a gb⁹ facilius fit initiū sint p̄ponē/da: ⁊ theorica lune facilior fit q̃ reliquorꝫ gnqz planetarꝫ ⁊ p̄cipue q̃tū ad motū eius ec. eccē. nāqz lune vt pateb ⁊ icētro mūdi regularis est qō in planetis nō accidit: q̃re quom i motu di/uersitatē hēat minorē eius scia facilior ē figdē in eq̃litas mot⁹ sit cā difficultatis: nō imerito igit theorica lune imediate post sol posuit. ¶ Sēda rō q: ceteris ꝓibus manēribus nobilior a debēt p̄poni: q̃to nāqz nobilius aliqd tāto ꝓus: luna aūt. 5. plāctis residuis nobilior est: ꝓmo actiōe agit nāqz sensibiliē ⁊ nō solū vt alii p influentiā qō inducēdo pz lumine nāqz eiusqz motu i hu midis p̄bet augmentū ⁊ decrementū: Mare nāqz eius motu fluxū ⁊ refluxū hz: flumina au gentur ⁊ minuunt: Mulierꝫ mēstrua lune re/gulata fluāt ꝓ cyclo determinata: Cerebella Me dulle Alia vt cāeri cōchilia ⁊ multi piscū ⁊ fru ctus in arboribꝰ ea repleta replent: ⁊ ea minuē/te in humore deficiūt deniqz i re oi opac̄ veluti pulcherime dicit Aly. Abenragel i pma pte in ditionꝫ capitulo de luna ⁊ albumazar ꝓma diffe rētia cap. ꝓmo. ⁊ prio q̃dripniti cap. 2. Scōo lu na nobilior est cā luminis maioris qō hz: vñ q: nobis est ꝓpior: in lumie p̄ter solē cetera fide/ra excellit ⁊ vincit ea nāqz in noctu nō lucente nihil penit⁹ astra relq̃ oparantur: ipsa igitur dr̃a est noctis regia ⁊ gubernatrix ceu sol dici vt re cte ingt cap. allegato Aly. ¶ Sed locus hic nō est absolutus dubitatiōe volūt nāqz phi. naturā lune similē esse nostre terre: qō manifestant ma cule ipsius q̃ in astris aliis nō videntur: quom igitur terra sit sex eliorꝫ opaca ⁊ lumine minie participiat: eodē mō ⁊ luna respectu planetarꝫ: Quomodo igitur lumine ampliori ꝓticipabit. ¶ Ad qō dicatur ꝓ quom astrologi ꝓsiderent magis fm sensū ⁊ apentiā q̃ phi. ⁊ luna ma ioris videatur luminis q̃ ceteri. 5. planete siue fit ita fm rei veritatē siue pp eius ꝓpingratem nō curāt: Quod si luna esset distātior q̃ alii pla nete a terra ita ꝓ nō monstraret tantuz lumen nō dicerent lumen lune itensius: esse q̃ alioruz 5. planetarꝫ: q: ita esse pp distantiā minime sen sus perciperet. ⁊ Pbi vero nō fm id quod vide tur q: sensus decipit de q̃titate rei pp p:oping tatem seu distantiā diiudicās rem maioris q̃ sit seu minoris q̃tiatis iudicat nanqz luna esse maiorem q̃ alii. 5. planete ⁊ lumen lune intensi us q̃ eorꝫ cū non sit ita: Sed fm rōez ꝓsiderāt ⁊ q: rō concludit luna ignobilior em reliqs pla netis iō dicunt esse infimā ⁊ minus dignā quo ad lumen illis: non igitur sunt ꝓtrarii astrologi ꝓsiderantes fm sensum ⁊ phi fm rationem di iudicantes ceu in theorica de sole in quōne de eccen. breuiter determinaui: quom igitur luna reliqs dignior existat: eorꝫ theoricam merito de ea ꝓsiderationem antepōsuit. ¶ De qua deter minando duo p̄ncipaliter agit primo nanqz de orbibus ⁊ motibus lune. Secundo vo de dra gone ⁊ eius motu q qdem ex orbibus lune cau satur ibi Suplicies eccentrici Lune: Circa pri/mum iterꝫ duo facit: ꝓmo nanqz theorice de or bibus ⁊ orbium motibus determinat: secundo practice qualiter ex hiis motibus lune motꝰ ve rus reperiatur noium rōem declarando ibi Li nea itaqz medii motus. ⁊ Pars prima iterꝫ i du as partitur ptes: in prima nanqz parciales or/bes qbus spera lune itegratur expōit. in fa vo eorꝫ motus proprios declarat ibi. Monentur autez Dicit igitur de p̄ma pte q luna hz orbe 4. ⁊ vnā sperulā hoc est paruam sperā ⁊ o bem puū: q vt declarat itur epiciclus noiatur ⁊ Prio nāqz duos orbes augē deferētes hz di positos veluti in sole. cū supini conuexa ⁊ cōca ua infimi concentrice: reliq vo eccentrice mūdi dicant: q̃re eccentrici dicuntur fm quid. terti us orbis est eccen. simpliciter q: ambe eius su perficies hbit acentro mundi distinctū centrꝫ: ⁊ secūdo dicitur deferēs epiciclū: sicut ec. sol defe rens solē appellatus est: q: sicut sol in ec. infigit ⁊ ab eo mouetur ita lune epiciclus vel sperula in ec. vt videbitur situatus ad eius motum de fertur. quartus orbis concentricus mundi fm superficiem vtranque: agregans ⁊ circundan tres enarratos orbes cum sit superior eis: ca/put dragonis deferens nominatur: quom dra go lune q quid sit infra patebit ad huius orbis

motū ſeratur: quus vo' orbis lune q dicit epi. ſeu puus circulus inſixus ē ⁊ ſituatus in quodā ſpatio ec. ꝯcauo: ⁊ motu ec. mouet ⁊ i eo corp⁹ lunare Inſigitur ⁊ mouet ab eo vt patebit. notādū q̃ hūc orbē nō noiauit orbē s̄ imo diſtinxit eū ab orbe: q̃ orbis capi pōt dupliciter ꝓprie p oī ſpa tm̄ centr mūdi circuēs ſeu eccētrica ſit ſiue ꝯcētrica: ⁊ q: epi. nō circuit illō imo total'r acētro mūdi remouet nō noiauit orbē iſto mō orbē capiēdo: Scō mō orbis accipi pōt magis cōiter p corpore oī celeſti ad motū planete ordinato ſeu circuat centr mūdi ſiue non. ⁊ iſto mō epi. dicitur orbis puus. ⁊ q: hec oia fere in theorica ſolis nota ſūt ſō nō aliter q̃ exēplari figura declarabo: a nāq; centr ſit totius: ⁊ b. ec. c. ⁊ d. duo orbes vt pz diſſo: mis ſpiſſitudinis augē deferētes vt i ſole ſint: inter quo ec. e cuius centr .b. eq̃lis ſpiſſitudinis epi. deferēs ſituatur: q̃rto ē orbis. f. extrinſecus ⁊ ſupior ꝯcētricus ⁊ equalis ſpiſſitudinis dragonē deferēs noiatus vltio vero eſt orbis puus vel epi. g h. cuius centr eſt .i. in ſupficie deferētis ꝯcaua. g h. tante q̃titatis q̃te epi. ē ſituatus. ⁊ in illa circulariter mouet vt patebit deferēs lune i eius extremitate vt in. g.



deſixā p rſupius ⁊ inferiꝰ mouendo. Eſt nanq; epi. d eſcriptiue puus orbis cuius centr nō eſt centr mūdi neq; ipſū circuēs: lz nāq; ec. aliud habeat centr a cētro totius illud tm̄ ambit vt dicētū eſt in theorica p̄cedenti. epi. vo centr mundi nullo mō circuit imo totaliter eſt extra illud ⁊ p hoc differt ab ec. ¶ At q: pbi nō admictūt orbem dari cuius centrum non ſit centrum mūdi: videndū erit mō an detur orbis hic q dicitur epi. ⁊ q̃ ſit neceſſitas eū ponendi: quom in ſupiori theorica rōcinatū ſit de ec. Et q: rōnes fere oēs Lom̄. Auer. q̃ ec. deſtruere videntur ⁊ epi. negāt: quom i qōne ſupra a me facta de ec. pempte ſint ⁊ deſtructe breuitati p̄cens hic nō replicabo: vez vnā tm̄ q̃ ſpecialē hz de epi. exiſtentia difficultatē ⁊ quā qdā inrefragabilē credunt recitabo. Deſcripto nāq; epi. deferēte: ⁊ centr terre in q̃ nos ſumus ſit. a. ⁊ centr epi. b. ſitq; i eius iſima pte luna notū eſt cū nobis tantū medietas appeat: videbimus ptem. c. oppoſitā centro epi. ⁊ q̃ verſus nos eſt: non aūt ptez .d. de hinc p motū epi. ex quo datur luna pueniat in ptem ſupior: q̃s dubitabit nō amplius ptē ⁊ medietatē. c. nos videri imo. d. que vſus nos eſt ⁊ centr epi. Si daretur igitur epi. nō ſp eādem lune medietatē videremus imo ſucceſſiue diuerſas ⁊ ambas: nā luna in pte inferiori. c medietatē ⁊. d. in ſupiori nobis mōſtrabit: qō falſū eſt ⁊ ſenſui ꝯrariū: ſemp. n. eandē ptez videmus. ſ. maculatā nō igitur datur epi. Aliſi q̃ diceret lunā in epi. nō eſſe inſixā ⁊ ceu nodū in tabula ꝯclauatam: imo in eo circulariter mouerī tanto tpe volutionem ſuā pficiendo q̃to etiā epi. ſuā ꝯplet. v. g. luna in pte Inſima epi. exñs



mõstrat nobis ptem.c.oppositã centro epi.de
inde qñ epi.ꝓpleuerit mediã circulationem ꝙ
luna erit in pte supiori: ⁊ ipsam mediã eius re/
uolutionem ꝑfecerit vt ꝑs.c.q̃ erat oppo-ta cẽ
tro epi.illud mõ respiciet: ⁊ ita cũ semp pars.c
versus centꝝ mũdi sita sit ptez.c.semp luna no
bis oñdet: ꝙ motũ igitur circularẽ lune incõca/
uitate epi.in q̃ situatur saluatur q̃liter ꝑs macu
lata nobis semp appareat: ¶ Doc nihil est quom
Axꝝ.scõo de celo ⁊ mũdo demonstret astra esse
infira in orbe sicut nodũ in tabula ⁊ nõ nisi per
accñs moueri. s.ad motum orbis: qõ rñsio hec
negat nõ igitur epi.dat si hec appẽtia saluari de
beat. ¶ Inoppositũ est ¶ Pto.in pluribus lib: ist
Almag. Alphagranus. Auctor in textu ⁊ tota
fere astrologorꝝ academia. ¶ Pro solutiõe qũois
huius relictis quos lõgos de hoc possez facere
sermões tres tantũ que mihi vise sunt cogẽtes
magis epi. dari dicã rões. ¶ Prima quaꝝ est q:
planeta in pte eandẽ ec.exñs.v.g.in auge aliqñ
ꝓpingor ⁊ qñqz remotior videtur: ⁊ q: hoc nõ
puenit rõe ec.q: in pte eadẽ ec.ponitur sydus:
neqz alia cã: erit igitur rõe epi.i cuius pte supre
ma cũ fuerit planeta erit distãtior: ⁊ ꝓpinquior
cũ in pte ifima ⁊ versus oppositũ augis. datur
nãqz epi.dux ⁊ oppositũ vt ifra patebit. ⁊ sen
sus manifestat epi. fm eius vniuersas ptes nõ
eq̃liter remoueri a cẽtro mundi: q̃re pp hãc pri
mã cãm ꝓcluditur epi. Secõa rõ planeta mani
feste videtur qñqz tardus i motu ⁊ qñqz ve/
lor: vñ luna.ti.trũ gradũ qñqz aliq ñ vero.15.
vsqz attingens in zodiaco mouet: qõ nõ pue/
nit cã ec. vt dictũ fuit de ec.solis iquo sol moue
tur iregulariter s centro mũdi qñ i auge ⁊ iop
posito fuerit: q: luna exñs i auge sepius tarda
⁊ alias velox visa est i motu ⁊ eodẽ mõ in op/
posito augis: erit igitur cã epi.q cũ fm se totuz
extrema sit centꝝ mũdi ex sñia.7.phy.fz vnã
ptem fm ordinẽ signorꝝ.s.p inferiorẽ ⁊ p aliam
ptem.s.superemã ꝓtra ordinẽ mouebitur: vtũ
planeta exñs in pũcto a epi.moueat in.b.p ar
cũ superiorẽ in zodiaco arcũ.c d. ꝓtra ordinem si
gnorꝝ descripserit p centra astri vi motus lineis
a centro mũdi.e.ductis.e a c.e b d. manifestan
tibus: eodẽ vo a.b.in.a.moto p iferius epi. de
scriptus erit arcus zodiaci d c.fm ordinem si/
gnorꝝ: ⁊ sic pz qualiter i diuersis ptib⁹ epi.pla/
neta ad diuersas ferẽt differẽtias positiõis: quoz

igitur ec.sp moueatur fm ordinẽ signorꝝ luna i
pte iferior epi.et fm ordinẽ signorꝝ delata duo
motus ad eãdẽ ptẽ.s.ec. ⁊ epi.copulabunt: q lu
ne motũ velocẽ fm ordinẽ signorꝝ reddent: At
vero luna mota p superius epi. ⁊ ꝓtra ordinẽ si/
gnorꝝ ⁊ ad oppositã ptẽ motui ec.a motu ecc.
deficiet ⁊ erit tũc tarda cursu nõ igitur aliter q̃z
epiciclo velocitas tarditasqz i luna saluatur. ma
nifestius ẽ t triũ supiorꝝ planetarꝝ motu epi.cõ/
cluditur q̃z lune videtur nãqz tres dicti planete
qñqz ꝓirecti i motu ⁊ qñqz retrogradari: ceu
ego patẽ ter cũ astrolabio de marte ꝓcepi: q̃re
mouẽtur ad diuersas positiõis differentias: qõ
cũ nõ possit puenire rõe orbis centꝝ mũdi circũ
dantis q: talis vel sp retrograde ⁊ ꝓtra ordinez
signorꝝ vel directe ⁊ scõz mouetur erit igit rõe
orbis totalit extra centꝝ mũdi q fm vnã medie/
tatez directe ⁊ retrograde mouet per aliã vt 7
pz phy. Qualis est epi. per diffinitionez eius s
positã. tres igit supiores planete epi. esse ꝓuicũt
haud alit saturn⁹ mercuri⁹ q directe ⁊ retrogra
di tpibus diuersis percipiũtur moueri: gn imo
quoz sp media ꝓiunctiõe cũ sole sint ꝓiuncti hoc
est ꝙ medior motũ eorꝝ linee cũ linea medii
motꝰ solis sint eadẽ vt i theoricis eorꝝ patẽter vt
debit qñqz solẽ ꝑcedere qõ directiõe qñqz vo
cũ seq qõ retrogradatiõe puenit vt declaratuz
est: q̃ oia epi. absqz saluari posse minime ꝓfidẽ/
dũ est. ¶ Tertia rõ ꝙ epi. detur ꝓcludens est:

p:elupponens.23.p:ime ptis pspectiue ppoſi
tionē.umb:oſum vz ⁊ opacū minus luminoſo
oppoſitū maio:i umbrā cauſat conoydalē qu e
q̄to magis ꝓtenditur ⁊ a co:po:e eā cauſante
remouet tāto fit mino: vt pz de umbra a b.a c
a terra d.oppoſita ſoli e cauſata: terra nāqz mi
no: eſt ſole vt demōſtrat Alphagrānus:quo ſtā



te capiant duo eclipſes lune q̄ fiunt q: luna in/
gredit umbrā terre vt alibi hz declarari lūa ⁊
ſole in ſito cōſimili ſemp quo ad caput ⁊ caudā
dragonis viſum eſt vnā hax eclipſiū alia lōgio
ri tpe duraſſe:qd̄ aliter eſſe nō potuit niſi q: in
vna maio:ē umbrā terre luna ingreſſa eſt q̄ in
reliqua:aqua anteq̄ ſe abſoluat lōgius ꝑtenbit
tpis ſpatiū. vt. v.g.luna ſi exiſtat in.f.tpe eclip/
ſis maio:ē umbrā ſubet q̄ in.g. ⁊ eclipſim oſe
quenter tpe lōgio:i duratura patietur: q d̄ eſſe
non pōt vt ex pīſuppoſito notum eſt niſi q: luna
terre ſit ꝓpio:: ꝓpio: aūt terre tpe eclipſis cā
ec.luna eſſe non pōt q: ſp vt patebit eſt verſus
augē ec.in oppoſitiōe cū ſole qñ eius accidit ecli
pſis erit igit cā epi. vt qñ erit in pūcto.f.epi.in
ferio:i maio:ē umbrā q̄ exīs in.g.ingredit.f.
nan q̄ terre ꝓpings eſt q̄.g.vt pz ad ſenſum ⁊
demōſtratione patebit: Neque qs poterit dice
re lunā eſſe inregularē ⁊ iō videri eclipſim quā
doqz maio:ē ⁊ aliqñ mino:ez cū ſp umbre oc/
curret equali: Quom ex hoc ſequat oppoſituz
luna nāqz exīs i pte ſupma epi.cū ſit tardat tar
dius ex umbra terre ſe deberet abſolui q̄ in p/
te infero:i vbi eſt velor:cuius oppoſitū contin
git:tardius nanqz ſe abſoluit ab umbra terre i
pte infeno:i q: ibi maio: vt dictū eſt: Pdeterea
hoc non tantū tpe compndit vex et motu lune
quē cāt in zodiaco:maio:ez nanqz in zodiaco ⁊
maius ecliptice ſpatiū cauſat tpe eclipſis in pte
inſima epi.q̄ ſupma eclipſim patiēs qd̄ eſſe nō
pōt niſi q: in pte inſima de epi.maio:em tran/
ſit portionē eclipſi durante ⁊ p ꝓſequens in zo
diaco maius ſpatiū q̄ in pte eiusdē ſupio:i. hee
igitur tres rationes in diuerſis locis Almag.fa
cte fortio:es mihi viſe ſunt:iō reliquis obmiſſis
has tantum recitaui. ¶ Ratio autem incōtra/
rium haud difficulter confringitur: vnde con
ceſſo propter apparentias dictas dari epi.dico
lunā eandem partem maculataz videlicet ſem
per nobis oſtēdere veluti ſenſus diiudicat:quo
p oſito fateri neceſſarium eſt in eius concaua ſu
perficie loco.ſ.lune lunam moueri circulariter
vt dicebatur quem motum ordinare in corpo/
re lune placuit ei qui recto ⁊ idiſſolubili trami
te cuncta recte diſponit: vt ipſa ſemper verſus
nos faciem haberet maculatam quam virtutē
nobis influit aliis eius partibus non receptibi/
lem:per illam nanqz partem influentiam ſu/
am nobis impartitur que per reliquas nō da/
ret. ¶ Sed quando inſtatur quia ponere ꝙ lu
na moueatur contradicit philoſopho volēti ſtel
las per ſe minime moueri dicendum philoſo/
phum ſtellas non moueri tantum per immo/
bilitatē lune probaſſe q: omnia ſydera dicit eſſe
eiusdem speciei:credidit nanqz Ax.lunam non
habere hunc motum:quom ſemper eius vide
ret maculas ⁊ epi.ſequens opiniones calippi ⁊
eudoxii non cognoscens:quod bene ſequitur ſi
epi.non ponatur:ſed quia aſtrologi poſterio:es
pro ſaluandis apparentiis quas antiqui nō ſal/
uarunt ponunt lune epi.ad hoc vt ſemper eius
macule videantur oportet ponere in luna mo/
tum per ſe: ⁊ ideo ratio Ax.fundata ſuper hoc
Quod luna non habet epi.quod falſum eſt nō
concludit immo ponendo epi. ⁊ motum in lu/
na idem ſequitur ꝙ ſine epi. ⁊ motu:quom igi
tur Ax.non daret epi.neqz etiam motuz: eius
igitur ratio non conuincit vt patet.

Mouentur aũt deferentes augem eccentrici contra successionem signorũ simul regulariter super centro mũdi vltra motum diurnum in die naturali gradibus.xi.⁊.xii.minutis fere. Et axis motus istius axem zodiaci in centro mundi intersecat: vnde ⁊ poli eius a polis zodiaci declinant ⁊ quantitas talis declinationis est quinq; graduũ inuariabilis semper.

¶ Postq; ꝓplcuit notificationẽ orbiũ speramlune ꝓstituentiũ quo ad numer ⁊ sitũ eorũ: in pte hac eos quo ad motũ declarat. Et diuiditur in quattuor: in prima uãq; augeẽ deferẽtiũ motũ declarat: in fa ec. deferẽtis epi. lune ibi orbis vero epiciclũ ꝛ ꝓcentrici deferentis draconẽ lune ibi sed orbis quartus: quarto vo epic. ibi epiciclus autẽ. In prima igitur pte igt duos orbes deferentes augẽ lune moueri simul. i. motibus ꝓpriis ⁊ ꝓportionalib⁹ q; stricta ps vnius ⁊ alterius grossa sint simul: ꝓtra ordinẽ signorũ. i. ab oriente ad occidẽtem: vltra motũ diurnũ: nam quom moueant ab orbe diurno sicuti oẽ aliud celeste corpus in. 24. horis circa terrã semel vltra motũ illũ quẽ nõ meminisse oportet q: notus est ex motu ꝑmi mobilis mouent singulis diebus naturalibus qd tps amplectit 24 horas ii gradibus ⁊ 12 minutis fere q: vltra hoc mouent 18 2. vt alibi hz declarari: qui mot⁹ vniformis est incẽtro mundi: q: tpibus equalibus equos faciunt in hoc cẽtro angulos ad regularitatẽ motus, requirit vt in theorica q̃ hanc p̃cedit expositũ est. Et poli huius motus ⁊ orbiũ istorũ declinant a polis ecliptice 5. gradibus inuariabiliter. i. semp hac distãtia nõ aliqñ maiori ⁊ aliqñ minori: Quod 4 Almage. declarat Ptol. q ꝓcepit neq; luna neq; supficies plana horũ orbiũ moueri sub ecliptica ĩmo ab ea declinari ꝑm medietatẽ versus septẽtrionẽ. 5. gradibus maxima declinatione: ⁊ totidẽ austr versũ quare ieqtur vtq; horũ orbiũ polũ a polis ecliptice 5. q; modo gradus remoueri. Ad qd declarandũ haud icomode figuratione vtendum ẽ: Esto ita q; orbis ecliptice a b c d. cuius centr e. ⁊ ecliptica a c. poli vero b. ⁊ d. orbes vo augẽ deferentes f g h i. quor plana supficies. f h. maxima declinatio 5. graduũ ab ecliptica declinẽs: dico polos horũ vt. g. a polo ecliptice. b. ⁊. i. a. d eq̃li declinationẽ vz 5. graduũ declinari: quom nãq; ecliptica distet ab ei⁹ polis q̃rta circuli erit ps a b. q̃rta zodiaci: ⁊ mõ eodẽ q: poli augem mouẽtiũ a supficie eorũ plana distẽt q̃rta circuli erit f g. q̃rta ps horũ orbiũ: sed quom oẽs q̃rte circuli eiusdẽ sint eq̃les vt pz i geometria: erunt a b. ⁊ f g. i zodiaco eq̃les portiões: q̃re dempto



cõi arcu. a g. zodiaci remanẽt. a f. distantia supficiei orbiũ horũ ab ecliptica: ⁊ b g dictorũ orbiũ poli a polo ecliptice distãtia equales p comunẽ ai ꝓceptionẽ ꝑmi eiusdẽ. quom igit arcus. a f. i variabiliter sit semp 5. graduũ: ⁊ b g. eiusdẽ erit remotiõis qñ ingt in textu: ⁊ eadẽ via seqt aliũ polũ. i. a polo. d. reliquo remoueri eq̃li remotione qd ẽ intẽtũ. Sed q: ecliptice centr ẽ e. centr mũdi si ducat ab vtroq; polorũ axis b e d. p cẽtr. e. trãsibit ex diffinitiõe axis ⁊ eodẽ mõ augẽ differẽtiũ quom idẽ sit centr: ducta axis g e i. p idẽ centr trãsiẽs in e. cẽtr mũdi sesecabit cũ axi ecliptice qd ẽ aliud qd dicit ĩ littera. ¶ Sed hic occurrit dubitatio an hi orbes augẽ deferẽtes vltra dictũ motũ ꝓtra. f. successionẽ signorũ hẽant aliũ motũ. f. motũ eq̃lẽ 8 spe: ⁊ arguit q; nõ q: null⁹ orbis duos hz mot⁹ ꝓprios: mot⁹ autẽ 8 spe orbib⁹ augẽ mouẽtiũ vt i theorica solis dictũ ẽ: est ꝑmo p⁹ simlr mot⁹ hic dict⁹ ꝓtra successionẽ signorũ ꝓpriũ ẽ hũs orbib⁹: q̃re hẽ ẽt duos ꝓprios mot⁹ qd ẽ falsũ. ¶ Sed o si hi orbes hẽrent motũ equalem motui 8 spe auctor: i ii te a

meminisset: quom aũt eiꝰ nullã fecerit mẽtionẽ vel nõ erit tal'motꝰ vel auctoꝛ diminutꝰ erit qõ icõuenit. ¶ O ppositũ huiꝰ vult cõis scola astrologoꝝ ꝙ oẽs auges seu p se seu p aliud motu 8 spe moueãt ad hãc qũonẽ dicẽdũ erit deferẽtes augẽ lune moueri motu 8 spe vltra motũ dictũ Luiꝰ rõ est qꝛ sicut ifra patebit liea medii motꝰ sol'tantũ distat qñ distat a linea medii motꝰ lune ꝗ ab eius auge ad diuersas. s. ptes: Sed cũ aux solis moueat 8 spe vt in eius theoꝛica patefactũ ẽ eodẽ motu ec. sol'mouebit cũ sit i medio duoꝝ oꝛbiũ solis augẽ deferẽtiũ a qbꝰ rapit ꝗre ct liea medii motꝰ sol'mouebit eodẽ motu significat aux lune. ⁊ exꝑti eiꝰ motꝰ eq̃lis liea nõ moueat hoc motu. s. 8 spe seq̃ rectlineã medii motꝰ sol'magis appꝛopinq̃ri sp linee motꝰ vniformi luna ꝗ eiꝰ augi qõ dictũ ẽ esse falsũ. Qõ exꝰ declarat in circulo. a b c. sit liea medii motꝰ sol'e a. lune e b. linea augis e c. a. equalꝛ a b ⁊ c. distãte: deinde qꝛ linea e a moueꝯ vt dictuz ẽ motu 8

spe fiet i. d. erit qz e d. ⁊ si aux lune ⁊ eiꝰ liea medii motꝰ nõ moueat simili motu ⁊ eq̃li velocitate magis e d. linea motꝰ eq̃lis sol'appꝛopinq̃bit e b. liee medii motꝰ lũe ꝗ. c. eitsdẽ augi qõ patebit esse falsũ vt igit eq̃liter distet ab vtroqz oꝛ augẽ lune motã esse i. s. eq̃li velocitate ⁊ lineam medii motꝰ eiusdẽ i. g. vt. d. in medio. f. ⁊. g. ab vtroqz sit eqdistãs: vltra igit motũ vsus occidẽtẽ ⁊ ppꝛiũ vsus oꝛiẽtẽ eq̃lẽ motui 8 spe augẽ deferẽtes lũe hñt motũ. ¶ Sed est notãdũ pꝛimo ꝙ solutiõe pmi ꝙ lz auges solis ⁊ ſ. planetaꝝ ⁊ lune motu moueãt 8 oꝛbis diuersimode tñ: qꝛ auges sol'ec. ſ. planetaꝝ ꝑter augẽ ec. mercurii de qua ꝓportionaliter ceu de auge lũe dicendũ est vt i theoꝛica eius patebit: mouẽtur motibus eq̃libus 8 spe tanq̃ motibꝰ ꝓpꝛiis ⁊ ab intelligẽtiis intrinsecis vt patuit i theoꝛica solis: vbi dictũ fuit motus augiũ dici 8 spe nõ ꝓpẽãm sed ꝓp equalitatem: ⁊ rõ eius qꝛ quom oẽ coꝛpus motũ hẽat ꝓpꝛiũ ⁊ deferentes dictaruz augiũ nõ hẽant motũ aliũ ꝑter motũ equalem motui 8 spe erit ille motus eis ꝓpꝛius: ⁊ amotoꝛe intrinsecato: At aux lune si moueꝯ eodem motu non tanq̃ motu ꝓ ꝓpꝛio imo a coꝛpoꝛe supioꝛi hoc est ab 8 spa illũ hz: ⁊ rõ est qꝛ coꝛpus simplex simplici tñ ꝓpꝛio motu mouetur quom igit aux lune moueãt motu ad occidẽtẽ q ei ꝓpꝛius est hic motꝰ. 8. spe nõ erit ꝓpꝛius ⁊ ab intrinseco imo raptꝰ puenies ab oꝛbe 8. ⁊ p hoc soluit primũ ꝙ lz oꝛbes augẽ deferentiũ duos hẽant motus nõ tñ ambo fuit ꝓpꝛii eis i mo vnus ẽ ꝓpꝛius ⁊ reliquꝰ raptus vt dictũ ẽ. ¶ Ad secoz dñdũ ꝙ auctoꝛ nõ fecit huiꝰ motus mentionẽ qꝛ quom sit tardioꝛ ad ptẽ oppositaz pti ad quã ẽ motꝰ ꝓpꝛius astulit motũ in 8 spe i vno die a motu ꝓpꝛio ⁊ qõ remanet posuit p motu ꝓpꝛio ꝓplectit nãq̃ motus q ponit i textu motũ vtꝝqz ió de hoc nõ fecit specialẽ mẽtionẽ: sicut licet sol motu eius eq̃li moueãt motu 8 oꝛbis nõ oꝛ tñ meminisse in illo motũ 8 spe: quom aggregatũ motus eq̃lis solis ⁊ 8 spe positũ sit p eius motu medio ⁊c. ¶ Deide cũ dic.

